§. SACRILEGIVM.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Sacrilegium quando committi dicatur ſecundum ius ciuile, quando ſecundum ius canonicum.*
2 *Mulier ſe carnaliter commiſcens cum presbytero an dicatur committere ſacrilegium.*
3 *Sacrilegium an ſit crimen eccleſiaſticum.*
Sacrilegij pęna qua ſit.
4 *Statutum loquens de ſacrilegio an intelligatur de ſacrilegio ſecundum ius canonicum, an ſecundum ius ciuile.*

Ex Additionibus.

1 *Sacrilegij crimen dicitur mixtum.*
* *Sacrilegium ratione perſonæ, rei, & loci multifariè committitur, remiſſiuè.*
Sacrilegiũ a quo Iudice, & quibus pœnis puniatur, remiſſiuè, num. eod.
2 *Sacrilegi qui ſint, remiſſiuè.*
Sacrilegij ſpecies remiſſiuè, nu. eod.
Sacrilegium qualiter cõmittatur circa perſonas, & quæ requirantur, remiſſiue, nu. eod.
3 *Et quomodo circa loca, res, iura, & bona Eccleſiæ, remiſſiue.*
Sacrilegij atrocitas pœnæ excuſatio auxilium conſenſus, Iudex, & proceſſus, remiſſ. nu. eod.
4 *Sacrilegium an committatur in Eccleſia nondum conſecrata.*
5 *Sacrilegium quot modis incurritur, & quibus modis defendi poſſit. remiſſiue.*
Sacrilegus an dicatur interficiens portantem pallium ſupra Corpus Chriſti, nu. eod.
6 *Sacra res vel ſancta quæ dicatur.*
7 *Sacrilegus an dicatur exponens res furtiuas venales prope cemeterium.*
8 *Et an eo caſu confugiens ad Eccleſiam poſſit extrahi.*
9 *Sacrilegij pœna quæ ſit.*
Et quæ verberantis, vel occidentis clericum, nu. eod.
10 *Et quæ in Regno Neapolitano.*
11 *Et officia diuina quæ dicantur.*
12 *Sacrilegium non committit percutiens clericum diuina officia perturbantem.*
13 *Sacrilegij pœna non confunditur cum pœna alterius delicti.*
14 *Statutum loquens de ſacrilegio, an intelligatur de ſacrilegio ſecundum ius canonicum, vel ſecundum ius ciuile.*
15 *Et imponens pœnam furantis comprehendit ſacrilegium, numero 17.*
16 *Statutorum de ſacrilegio loquentium interpretatio, remiſſiue.*

---

§. SACRILEGIVM.

1 *SAcrilegium (ſecundum [a] ius ciuile loquendo) ad hoc, vt propriè committi dicatur, duo requiruntur; primum, quod res furata ſit ſacra: ſecundum quod de loco ſacro ſubtrahatur. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Bart. in l. diui, num. 1. ff. ad l. Iul. pec. quem refert Gril. de diuerſ. cri. li. 3. q. 1. nu. 5. Et ideò Senatus quedam Gerardum de Cępa, qui calicem ſacrum ſurripuerat iuſſit tantummodo condemnari in pęnam ſtatuti punientis fures in pęna pecuniaria, 28. Iunij 1557. P. N. De iure autem canonico alterum ſufficit, ſcilicet, vel quod res ſit ſacra, uel quod de loco ſacro ſubtracta fuerit.*

2 *Quæro. nunquid mulier ſe carnaliter commiſcẽs cum presbytero dicatur committere ſacrilegium. Dixi ſupræ §. Fornicatio, verſ. cum presbytero.*

3 *Hoc crimen an ſit eccleſiaſticum, vel ſeculare, dixi infra hoc eod. lib. §. fin. q. 37. verſ. vlterius quæro.*

ADDITIONES.

Ad §. Sacrilegium.

a SAcrilegium.] Hic ſcias, quod crimen ſacrilegij dicitur * crimen mixtum, uel utriuſque fori, quo ad pœnas temporales, & contentioſas, ut per Oſaſc. deciſ. 103. num. 7. *Giach.*

Sacrilegium.] Plura Decian. in tract. crim. libro 6. tom. 2. cap. 14 uſque ad cap. 39. Farin. in 5. uolum. q. 146. §. Sacrilegium, num. 1. 3. & pluribus ſeq. *Roſ.*

Sacrilegium ſecundum
1 *ius ciuile.*] Adde † in materia ſacrilegij, quot modis committatur ratione perſonæ, ratione rei, & quot modis puniatur, & à quo iudice, Afflictus in conſtitut. multæ leges in rubr. de crimin. ſacrileg. fol. 35. & plures modos committendi ſacrilegiũ accumulauit Luc. de Pẽna in l. 1. num. 1. C. de dignit. ord. ſerue. lib. 12. ſed uide omninò Decian. in tract. crim.
2 tom. 2. lib. 6. cap. 4. cum multis ſequent. ubi, qui † ſint ſacrilegi, quot ſint ſpecies ſacrilegij: quomodo committatur contra perſonas, quæ requirantur, reſpectu perſonæ offenſæ, ut ſit ſacrilegium; & quæ requirantur reſpectu perſonæ offenden-
3 tis, qualis debeat eſſe offenſa; ſed ſacrilegio † circa loco, & circa res, iura, & bona eccleſiæ: de atrocitate ſacrilegij, de pęnis ſacrilegij, de excuſatione eorum, qui ſacrilegium committunt, de præſtantibus auxilium, & conſenſum ſacrilegio, quis ſit iudex in cauſa ſacrilegij, & de proceſſu in dicto crimine.
2 † Et, an ſacrilegium committatur in Eccleſia dedicata, & nõ conſecrata, uide Archidiac. in cap. ſi quis 17. quæſt. 4. ubi tenet, quòd non, quia locus dedicatus tantum ſacer non dicitur,
* & ſacrilegium non committitur, niſi in re ſacra. * Sacrilegiũ incurrit etiam, qui retinet bona deputata ſubuentioni pauperum. Gemin. conſ. 63. numero ſeptimo, & quod modis ſacri-
5 legium committatur, quibus modis defendatur, uide etiam Foller. in practic. crimin. canon. part. 2. cap. 17. num. 15. cum ſequent. fol. 201. & an interficiens portantem pallium, ſiue baldachinum ſupra Corpus ſacratiſſimum Chriſti, & offendens presbyterum corpus ſacratiſſimum geſtantem, committat ſacrilegium, uel crimen læſæ maieſtatis diuinæ, & qua pęna ueniret puniendus. Foller. in pract. crimin. in frag. num. 47. ubi dicit, quod habebat hunc terribilem caſum præ manibus, &
6 & quæ res † dicatur ſacra, uel ſancta, uide Gomeſium in cap. 5. nume. 11. de delictis, ubi dicit, quòd ſacra poteſt dici cuſtodia, calix, ara, ueſtimẽtum, & ſimiles res nõ uerò alia, quæ pertinet ad ornatum, & cultum diuinum, ut uaſa, quibus ponitur uinum, & aqua, uel aliquod pallium, uel lignum, quo cooperiũtur altaria, & crux etiam dicitur ſacra, licet ſit de ligno, ferro, lapide, uel alia materia, quia repræſentat illam uerã crucem, in qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus paſſus eſt: ita tenet S. Thom. 2. 2. quæſtione quinta, articulo tertio, uerſiculo reſpondeo, & Gomeſius in dicto capitulo quinto, numero undecimo, de delict. & quid dicatur ſacrum, uide etiam Peguer. in quęſt. criminal. capitulo uigeſimo quarto, num. 3.
7 Item adde, quod ſi fur res furatas exponat uenales propè aliquod cęmeterium, quod ratione mutationis territorij dici-
8 tur ſacrilegus, & † ideò confugiens ad Eccleſiam poteſt extrahi, ſecundum Bernard. de Landr. in addit. ad Angel. Aret. in uerſ. & ueſtem cæleſtem, uerſ. quæro, quid ſi fur; ubi allegat Specul. & Caſtrenſ. ita tenentes. *Baiar.*

b *Secundum ius ciuile.*) Hic nota unum. quod dicit eleganter Baldus in dicta lege ſi mundum, Codice de furtis, & ſeru. corru. quod ſi ſtatutum conditum à laicis, puta ab aliqua communitate, faciat mentionem de pœna ſacrilegij, tale ſtatutum

tum debet intelligi ſecundum ius ciuile, à quo recepit auctoritatem, & ideò iſta duo requiruntur copulatiuè, vt pœna committatur, ſecus ſi eſſet conſtitutio Epiſcopi, quia ſufficeret alterum prædictorum, quod menti tenendum eſſe dicit Iacobi. Ibidem. *Giach.*

c *Sed quæro.*) Adde, qua pœna plectatur ſacrilegi, illi præſertim, qui virgines Deo dicatas violant, per Iacob. Menoch. de arbitr. iud. lib 2. cent. 4. caſ. 389. *Giach.*

Sed quęro, quæ ſit pę-
9 *na ſacrilegij.*] Adde † videndum Menoch. de arbitr. caſ. 389. vbi multum diffusè tractauit, qua pęna ſacrilegij puniantur, & ibi nu. 15. dicit, quod hodie de iure ciuili offendens clericos incurrit pęnam mortis, ex auth. ſed nouo iure, C. de epiſc. & cler. quatuor tamen concurrentib. Primo, quod ſit clericus, Secundò, ꝙ celebrentur diuina, Tertio, quod ſit in Eccleſia, Quarto, quod diuinum officiũ perturbetur: alioquin altero ex his quattuor deficiente, pęna ſolum erit exilij, & hoc ſecundum Bald. in d. auth. Sed nouo iure, & de ſacrilegij pęna varia habẽtur per Luc. de Pen. in l. 2. nu. 2. C. vt dignit. ordo ſer. lib 12. & per Ludou. à Peguer. in q. crim. in c. 24. vbi contra D. Clarũ tenet, quod crimen ſacrilegij, quando ſacrũ de ſacro tollitur, regulariter
10 pęna mortis † puniri debet, & non arbitraria, & qua pęna de iure Regn. Neap. puniatur, Foller. in pract. cri. in fragm. in tit. de ſacrilegijs, num. 47. & Fab. de Montel. in prax. arb. par. 3. nu. 58.
11 Item adde, † quod diuina officia dicuntur Matutin. Miſſæ, & Veſp. per Præpoſ. in c. de his, nu. 7. 19. diſt. Hæc autẽ omnia officia æquiparãtur, per clem. 1. §. fin. vbi glo. & Car. de reliq. & ven. Sanct. inter quæ non numerantur, neque diuina officia cenſentur horæ canon. per gloſ. in clem. 1. de celebr. Miſſ.
12 Item adde, † quod ſi percuſſio fieret in clericum turbãtem diuina officia, tunc nõ committeretur ſacrilegium, vt eſt text. in cap. veniẽs, & ibi Abb. de ſentent. excommunicat. Arch. in c. in loco benedictionis 5. q. 4. Folle. in pract. crimin. canon. c. 17. nu. 44.
23 Item adde, † quod pęna ſacrilegij non confunditur cũ pœna delicti de vulnere; ſed vulnerans in Eccleſia eſt condemnandus in pœnam ſacrilegij, & in pœnam vulneris, ſecundum Bart. in l. Senatus, ff. de accuſat. Et quibus pęnis ſacrilegij crimen puniatur, vide etiam Folle. in pract. crimin. canon. capit. 17. *Baiard.*

d *De iure ciuili.*) Menoch. de arbitr. caſ. 389. Cõrad. tit. de ſacrileg. & Farin. q. 62. n. 166. 168. vol. 4. *Roſ.*

e *Sed pone quod per dictum ſtatutum.*) Adde,
14 † quod idem tenuit Mazol. in conſ. 26. num. 11. vbi ipſe atteſtatur etiam
15 de communi, & † ſtatutum imponens pœnam furanti, comprehendit etiam ſacrilegium, videlicet furtum rei ſacrę, ne ſcilicet minori pœna puniatur ſacrilegium, Glo. & Bald. in l. ſi nondum, C. de furt. verſic. ſed ad quid ſacrilegiũ, & Alex. in addi. ad Bar. in l. de his
17 C. eo tit. de † interpret. ſtatut. de ſacrileg. loquẽtium, vi. Decia. in tract.
17 cri. lib. 6. c. 38. to. 2. † & quod ſtatutum de furto comprehendat ſacrileg. tenuit Franch. in deciſ. 315. nu. 7. vbi atteſtatur, quòd ita in Regno Neapol. obſeruatur. *Baiar.*

Sed [c] quæro, quæ pœna ſacrilegij? Reſpond. De iure ciuili eſt pœna extraordinaria, ſecundum qualitatem rei, perſonæ, temporis, & ſexus; ſemper tamen eſt capitalis. Et hæc eſt communis opi. vt ait Salic. in rubr. C. de crim. ſacrileg. in fin. quem refert Boer. diciſ. 354. poſt num. 13. & Bertach. in verbo Sacrilegium, num. 17. Dicit autem pract. Iodoci, cap. 111. nu. 6. & ſeq. quod conſuetudo obſeruat, vt omnes ſacrilegi, ſiue furati ſint rem ſacram in loco ſacro, ſiue rem ſacram in loco profano, ſiue rem profanam in loco ſacro, ſemper puniantur pœna mortis. Et dicit Bertach. in loco prealleg. quod ipſe in facti contingentia condemnauit quendam iuuenem pro ſacrilegio ratione minoris ætatis, ſolummodo in amputatione membri, & alium, quẽ ætas non excuſabat, fecit furca ſuſpendi. Et illum refert Caßan. ſuper conſuetud. Burgund. fol. 40. Refert etiam Foller. in pract. crimin. fol. 389. nu. 47. quod fuit Neapoli ſuſpenſus quidam Salernitanus, qui furto ſubtraxerat quandam Crucem ex Eccleſia Sancti Florentij. Poſſet tamen ſacrilegium habere aliquas circunſtantias adeò enormes, vt omninò eſſet talis ſacrilegus etiam pro primo furto pœna mortis afficiendus, prout in eo, qui de nocte fregit oſtium Eccleſiæ, & accepit calicem, in quo ſeruabatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Saeramentum, & prius ſumpta Euchariſtia, illum furto ſubtraxit, vt narrat Foller. in practic. crimin. canon. fol. 206. in fine, dicens, quod ille ſacrilegus fuit, (vt ipſe ait) traſſinatus, & deinde, amputatis prius manibus, furca ſuſpenſus. Senatus autem in hac ſpecie facti, ſolet diuerſimodè iudicare ſecundum rei, & perſonæ qualitatem, quandoque (licet rarò) ad pœnam vltimi ſupplicij; quandoque ad pęnam extraordinariã, puta, triremium, vel fuſtigationis, vt in duobus, qui candelabrum ex æde ſacra ſurripuerant, qui tantummodo fuerunt fuſtigati, & eiecti. 19. Iun. 1548. P. N. Et quidam Antonius de Matiellis, qui ſubtraxerat calicem in Eccleſia, fuit ad triremes quinquennales condemnatus, 23. Martij 1556.

2 *Sed [c] pone, quòd per ali-*
4 *quod ſtatutum imponatur pęna pro ſacrilegio: nunqnid tale ſtatutum erit intelligendum de ſacrilegio ſecundum ius canonicum, an autem de ſacrilegio ſecundum ius ciuile? Reſpon. Aut ſtatutum eſt conditum a laicis: & intelligitur de ſacrilegio ſecundum ius ciuile; Aut eſt conditum ab Eccleſiaſticis; & intelligitur ſecundum ius Canonicum. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Boß. in tit. de ſacrileg. nu. 5.*

§. SIMONIA.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Simonia quid ſit.*
Et an precib. & gratia contrahatur proprè ſimonia, ibid.
2 *Recipere aliquid pro labore pro ſacramẽto miniſtrando an ſit ſimonia.*
3 *Et an pro conceſſione licentiæ docendi.*
4 *Et an pro habendo officio liceat aliquid dare.*
5 *Papa an dicatur committere ſimoniam.*
6 *Simonia an dicatur committi in curia Romana.*
7 *Simonia eſt crimen merè eccleſiaſticum.*
8 *Simoniæ pœna quæ ſit.*
9 *Et an notorius ſimoniacus ſit ipſo iure ſuſpenſus ab officio.*
10 *Et an clericus ſimoniacus amittat beneficium.*
11 *Simonia eſt de criminibus exceptis.*
11 *Et an in hoc crimine ſufficiat probatio per coniecturas.*

Ex Additionibus.

1 *Simonia quid ſit, vnde dicta, & in quibus contrahatur, remiſſiuè.*
2 *Simonia quibus modis committatur, & an precibus, vel gratia, remiſſiuè.*
3 *Simonia quibus contractibus, vel pactis inducatur, remiſſ.*
Simonia mentalis qualiter contrahatur, & tollatur, remiſſiue, num. eod.
4 *Simonia quomodo euitetur, & in quibus caſibus non contrahatur, remiſſiue.*
Et an ex conſuetudine, neceſſitate, vel pœnitentia excuſetur, remiſſ. num. eod.
5 *Simonia qualiter probetur, remiſſ.*
Simoniæ pretium applicatur Eccleſiæ, cui fit iniuria,
7 *Simonia mentalis non obligat ad reſtitutionem.*
8 *Simonia conuentionalis non tollitur pœnitentia, ſicut & mentalis.*
9 *Simonia non committitur corrumpendo teſtem, vel Iudicẽ in cauſa temporali.*
10 *Simonia eſt dare aliquid Prædicatori vltra alimenta.*
11 *Et pro habendo officio in ſtatu Eccleſiaſtico non licet aliquid tribuere.*
12 *Et quomodo iurent officiales eiuſdem ſtatutus.*
13 *Et quid in Regno Neapol.*
14 *Simonia an poſſit committi a Papa, & in quibus, remiſſ.*
15 *Et quid de Regibus, aut Principibus præſtantibus conſenſũ in electione.*
Simoniaci qui ſint, remiſſiuè, nu. eod.
16 *Simonia non contrahitur in benificialibus accedente Papæ conſenſu, ſecus de ſimonia à iure diuino inducta.*
17 *Simoniæ pœna, remiſſiue.*
18 *Simoniaci, vel mediatores in ordine, aut beneficio ipſo facto excommunicati à Pontifice duntaxat abſoluuntur.*
19 *Slmonia æquiparatur hæreſi, & crimini læſæ Maieſtatis.*
20 *Simania poſt ſententiam non recipit appellationem.*
21 *Simoniæ duo ſpecialia.*
22 *Simonia quibus coniecturis detegatur, remiſſiuè.*
Simonia an præſumatur ex munere dato concedendi beneficium, vel aliud ſpirituale, remiſſ. num. eod.
23 *Simoniẹ proceſſus qualiter ſit formandus, remiſſiue.*
24 *Iudex eccleſiaſticus cupiens ſportulas committit ſimoniam & quid in laico.*

ADDITIONES.

Ad §. Simonia.

a Simonia.] Vide Decian. tom. 1. crim. lib. 4. cap. 26. num. 5. Vigellium metodo iur. lib. 1. cap. 13. de ſimonia, Farinac. d. vol. 5. q. 124. nu. 111. vbi de mentali. *Roſ.*

Simonia eſt ſtudioſa.]
1 Adde † quod aliam ponit diffinitionem Decia. in tract. crim. tom. 1. libr. 5. cap. 77. vbi dicit, hanc diffinitionem comprehendere ſimoniam ſolã mentalem, & in animo conſiſtentem, neq; ad actum deductam, cum dicat, quod eſt ſtudioſa voluntas; & ibi etiam late habetur, vnde dicta ſit ſinomia; & in capit. 79. multum diffuſe tractatur, quæ ſint ſpiritualia, pro quibus, contrahatur ſinomia; & in cap. 80. quæ dicantur annexa ſpiritualibus. *Baiard.*

§. SIMONIA.

a
1
Simonia eſt a ſtudioſa voluntas, ſiue cupiditas, ſiue vitium emendi, aut vendendi aliquod ſpirituale, vel ſpirituali annexum. Ita definiunt Gloſſ. & Doctor. communiter, vt dicit Ana. in rub. de ſimonia, numer. 2. & poteſt poni exemplum in caſu, in quo conſuluit Alexand. de Neuo conſ. 64. & Bertrand. conſil. 251. lib. 6. & Alciat. conſil. 2. Natta conſil. 299. Dec. conſil. 118. Et dixi emendi, & vendendi, quia vera Simonia nunquam committitur niſi concurrat exactio, vel promiſſio. Illa verò quę precibus, & gratia fit, non eſt proprie ſimonia, niſi preces fiat illa mente, & intentione, vt notoriè indignus præferatur digno. Et ita communiter Doctores tenent, vt dicit Gomeſ. ſuper regulas canon. de triennali poſſeſſione, quæſt. c 12.

d *Quęro nunquid ſit ſimonia recipere aliquid pro labore pro ſacramento mini-*

2 b *Et dixi emendi.*] Adde † quibus modis committatur ſimonia, & an precibus, & gratia fiat, Rodoa. in tract. de ſimo. per totum, & magis diſtinctè Nauar. in ſuo Manuali confeſſ. cap. 23. de ſimo. a numer. 99. vſque ad num. 112. & latè etiam
3 per Decian. in d. tract. libr. 5. cap. 82. habetur, quibus † contractibus, vel pactis inducatur; & in cap. 83. quomodo ſimonia mentalis contrahatur, quomodo tollatur, & in cap. 84. latiſ-
4 ſimè, quę † requiratur, vt euitetur ſimonia; & in quibus caſibus non contrahatur, & quid dari poſſit; & an, & quando conſuetudo excuſet, & an neceſſitas, & an pœnitentia; &
5 quomodo probetur ſimonia, † latiſſimè per Maſcar. de proba. concl. 1505. & 1305.

6 Item † adde, quod datum per ſimoniam applicabitur illi Eccleſiæ, cui per talem dationem facta eſt iniuria, Bartol. in auth. quomodo oport. epiſcop. §. & hanc, vel pauperibus cum illud datum non ſit reſtituendum emptori, nec venditori in detractionem culpę eorum; ſic enim pecuniam datam Iudæ à Iudæis, nec Iudæi retinuerunt, nec Iudæ remanſit, ſed fuit data in cimiterium pauperum, cap. ſi. quis, 1. quæſt. 3. & ibi Præpoſ.

7 Item † adde quod ſimonia mentalis, licet ſit prohibita, non tamen obligat ad reſtitutioné, vt eſt communis opi. de qua Franc. Marc. in deciſ. 167. numer. 12. Torniel. conſilo. 19. numer. primo, ſecus in vſura mentali.

8 Item † adde, quod in ſimonia conuentionali non ſufficit pœnitere: & in mentali ſic, Socin. in cap. tua nos, numer. 11. de ſimon.

9 Item † adde quòd dans pecuniam Iudici, vel teſti, corrumpendo, non committit ſimoniam, ſi cauſa eſt merè temporalis, Hoſt. in capit. tua nos de ſimon. quem ibi numer. 12. refert, & ſequitur Socin. punitur tamen, vt ſimoniacus, etiam quod iuſtitiam foueat Gloſſ. in. cap. vendentes, 1. quæſt. 3. Abb. in cap. cum ab omni de vita, & honeſt. cler. & Fely. in conſ. 48. num. 2. *Baiard.*

c *Quęſt. 12.*) Et vide Crau. conſ. 122. nu. 9. *Giach.*

d *Quęro nunquid ſit ſimonia.*) Adde, † quòd ſi aliquid vltra alimenta Prædicatori daretur pro prędicationibus eſſet ſimonia, vt eſt communis opin. per Rip. in 1. reſponſ. de conſuet. nu. 45. Innoc. & alij communiter in c. cum vnluntate, de ſent. excommun. *Baiard.*

Præte-

ſtrando. Reſpondeo, quod non, dummodo non veniat in pactione rei ſpiritualis, & ſit quid modicum: & eſt communis opi. vt dicit Card. Alex. in c. iud. ver. in ead. Glo. ibi, presbyter 1. quæſt. 1. quem refert Villalob. in ſua collecta communium opin. in littera S. numer. 62. Pro ſacramentis autem miniſtrandis, ita vt ipſa ſacramenta emantur, non licet aliquid dare. Et hoc tam ſecundum ſacros Doctores Thologos, quam Cano. vt dicit Foller. in pract. crim. cano. fol. 214. nu. 35.
3 *vlterius quæro, nunquid ille, qui recipit pecuniam pro conceſſione licentiæ docendi, dicatur committere ſimoniam Reſpon. quod non: dicitur tamen committere quaſi ſimoniam. Et hæc eſt communis opin. ut atteſtatur Berran. conſ. 157. nu. 2. li. 5.*
Præterea quæro, nũquid
4 *pro habendo officio liceat aliquid dare. Reſpon. quòd ſi eſt officium temporale, admittitur oblatio, quæ fit palam per eum, qui cupit prodeſſe, ſed nõ præeſſe; Illa verò, quæ fit clam, reprobatur. Et hæc eſt communis opinio, vt dicit Ana. in capit. 1. numer. 4. de ſimon. Quod intellige, modo talis oblatio fiat principi: in eo enim ceſſat crimen ambitus: ſed ſi fiat alteri, tunc nõ modo dantes, aut offerentes aliquid pro officijs, ſed etiam ea petentes puniuntur pœna infamiæ, & centum aureorũ ut eſt tex. in l. vni. ff. ad l. Iul. de ambitu, licet in practica male obſeruetur. f Tenẽtur officiales in principio officij iurare, quòd non dederunt, neque dabunt, nec promiſerunt, aut promittent aliquid pro ipſo officio. Et licet Boſſ. in titul. de ambitioſis, num. 6. dicat, quòd hoc iuramentũ nõ ſeruatur apud nos; Ego tamen ſemper vidi obſeruari, quòd omnes admittendi ad officia id iurant in manibus Præſidis Senatus. Et de hac obſeruantia facta etiam fuit fides in ſcriptis per Senatũ 16. Iulij 1554. P. N.*
Quæro g etiam, nunquid
5 *Papa dicatur committere ſimoniam. Reſpon. aliqui dicunt, quòd ſic, quando recipit aliquid pro collatione alicuius beneficij habentis adminiſtrationem ordinis, vel excuſationẽ clauium. Et hanc dicit eſſe communẽ opin. Fel. in c. 1. n. 2. de ſimon. Aliqui diſtinguunt, ꝙ aut loquimur de ſimonia, quæ eſt prohibita ſolummodo de iure poſitiuo, prout eſt vendere beneficia, & huiuſmodi, & non dicitur Papa committere ſimoniã, cũ ſit ipſe ſupra omne ius poſitiuum. Aut loquimur in ſimonia, quæ etiam eſt de iure diuino prohibita, prout eſt vendere ſacramenta: & in hac vtiq; etiã. Papa dicitur ſimoniam committere. Et hanc diſt. dicit eſſe communẽ Ana. in d. c. 1. poſt nu. 7. quæ mibi etiam magis placet.*
6 *Itẽ quæro, nunquid crimen ſimoniæ habeat locũ in curia Rom. Reſp. ꝙ nõ. Et hanc dicit eſſe communẽ opin. Fel. in c. cũ veniſſent, de iud. prout illũ refert Apoſtil. ad Abb. in rep. cap. axtirpandæ, §. qui verò, ſub n. 53. præb. licet Fel. ibi in libro meo nihil loquatur de hoc propoſito. Videtur autem dicendum, non committit ſimoniam in curia Romana, cũ ſit ibi præſente Pontifice tolerata, ſicut & crimen ambitus non dicitur committi in curia principis. Sed h certe caueant ſibi ſimoniaci, quia iudicio meo non excuſatur proptereà à crimine ſimoniæ, cum non appareat de ſcientia Papæ: Imò ſummi Pontifices ſolent ſemper in ſuis Bullis, & conſtitutionibus hoc crimen grauiſſimè execrari.*
7 *Hoc crimen eſt merè eccleſiaſticum: & ideò iudex ſecularis nõ poteſt aliquo modo de ſe de eo intromittere, nec cognoſcere. ita ſentit Gl. in c. cum ſit generale, in gl. fin. de foro compet. quam ſequũtur communiter Doct. vt dicit Ana. in loco præall. nu. 9.*
Sed Quæro, quæ ſit pęna ſimoniæ. Reſpond. quòd in primis
8 *Notorius ſimonicatus in ordine eſt ipſo iure ſuſpenſus ab*
9 *officio, & eſt communis opi. vt dicit Abbas in cap. cum non liceat, nu. 4. de præſcript.*
10 *Itẽ clericus ſimoniacus priuatur beneficio c. inſinuatũ, de ſimo. Scias tamẽ, ꝙ propter conditiones, & pactiones illicitas, modo non cõtineant veram, & puram ſimoniã, dato ꝙ ſaperent ſpeciẽ ſimoniæ, nõ eſt quis beneficio priuãdus. Et eſt communis opi. vt atteſtatur Pariſ. conſ. 29. lib. 4.*
K *Scias autem, k quod ſimonia eſt ex criminibus exce-*

e *Prætereà quæro nunquid pro habendo.*] Adde
11 § quòd in ſtatu Eccleſiaſtico adeſt conſtitutio Pij Quinti, de qua in Bullario fol. 1157. conſtit. 50. contra ambientes, & pretio, vel promiſſione impetrãtes officia iuriſdictionis, adminiſtrationem habentia, quæ ligat etiam mandatores; & quibus pœnis ambientes officia puniantur Menoc. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 5. caſu 401. cũ ſeq. *Baiar.*

f *Tenenturque officiales.*]
12 Adde, † quòd in ſtatu Eccleſiaſtico tale iuramentum nõ præſtatur ab Officialibus, qui tantummodò iurant in manibus Illuſtriſſ. Cardin. Camerarij de fideliter ſeruiẽdo, & de non accipiendo aliquod genus muneris, pręter eſculenta, & poculenta, quæ triduò cõſumi poſſint, iuxta formam iuris communis.

13 Item † adde, quòd in Regno Neapolit. adſunt ſimiles conſtitutiones, capitula, & pragmaticæ contra obtinentes pretio, vel promiſſione, officia; & ibi præſtatur ab officialibus ſacramentum ſub hac forma tradita per Pragmat. Caroli Quinti Imper. incip. Et quia ſæpenumero in titul. de offical. quæ eſt Pragmat. 4. ſcilicet, quod per ſe, uel per alium, ſub ſpe, & occaſione habendi huiuſmodi officium, non dedit aliquid, nec intendit aliquid dare, nec aliquis per ſe, nec promiſit Iuſtitiario alicui, aliuè officiali, vel alicui pro ipſo, vel vxori, nec alteri perſonæ ſub colore mutui, vel ſub colore fraudis, durante officio, nec eo finito, occaſione promiſſionis prædictæ ratione officij obtinẽdi, & quilibet officialis præfatum iuramentum in præſentia decem teſtium recipere tenetur, ſed vana fuit huiuſmodi prouiſio Caroli Quinti, quia licèt tale iuramentum pręſtetur, tamen non ſeruatur. *Baiard.*

g *Quæro etiam, nunquid Papa.*] Adde videndum Decian. in tract. crimin. tomo primo, libro 5.
14 cap. 78. vbi latè, † qualiter Papa poſſit committere ſimoniam, & in quibus beneficijs, & an pro Papa
15 tu, & † an Reges, & Principes conſenſum in alicuius electione præſtantes in ſimoniam, incidant, & ibi, qui poſſint eſſe ſimoniaci. *Baiar.*

h *Sed certè caueant.*]
16 Adde, † quòd ſimonia nõ eſt vbicunque pactio omnis in beneficialibus habet conſenſum Papæ, vt eſt communis opinio. Bologn. conſil. 19. nu. 35. nã Papæ auctoritas excuſat à ſimonia de iure poſitiuo inducta, non autem iure diuino, ut per Decia. in tract. crimin. tom. 1. lib. 5. c. 84. nu. 9. *Baiar.*

i *Sed quæro, quæ ſit*
17 *pœna.*] Adde † Foller. in Pract. crimin. Canon. capitulo 18 numero 50 plenè tractat, quæ pœna ſimoniaco imponenda, & Diaz. in practic. ſua crimin canon. in c. 85. & latiſſimè per Decian. in tractatu cri. to. 1. lib. 5. c. 87.

18 Item † adde, quòd omnes ſimoniaci, quacumque præfulgeant dignitate, & etiam mediatores, qui ſimoniam commiſerunt, tam in dando, quàm in recipiendo in ordine, aut beneficio tantum, ſiue in Curia, ſiue extra, ſiue ipſo facto excommunicati, vt per extrauagan. Pauli Secundi, & per aliã extrauagant. Sixt. incip. Et ſi dominici gregis, requiritur Papalis abſolutio ita habetur per ſumm. Armilla. in titul. de excommunic. capit. 59. fol. 480. *Baiard.*

k *Scias autem, quòd*
19 *ſimonia.*] Adde, † quòd iſtud delictum Simoniæ, æquiparatur Hæreſi, & Crimini Læſæ Maieſtatis,

ptis,